Illese ut possis sectari fercula, quorso
Quandocumque velis copia semp adest.
O scelus, ô facinus, non est hic Ruysius ille,
Qui toties voluit Ruysius esse meus.
Ruysius ille meus posthac non esse forest,
Nec te nisi hac me Ruysius esse volit.

Joanni Alto Hesso.

Alte, cui faciles veniunt ad carmina Musae,
Non parva Hessiaci fama futura soli.
Et quid ut hos placido vidisti lumine versus,
Scire potes quid te mea Thalia roget.
Illa parat tenuis non splendida fercula Coenae,
Pieridum mystae q tu esse queant.
Quod si digneris quoque tu commina venire,
Crede mihi, nemo gratior hospes erit.

\+ In imagines depictas impensis Chrophori Halesij Angli. Anno 1550

Huldrychus Zuinglius.

\+ Ut Chro et patriae vixit, sic fortiter uno
Pro Chro et patria Zuinglius occubuit.
Ingenium libri, pietatem vita probarunt.
Mors tanto Chri milite digna fuit.

Joan. Oecolampad.

\+ In Domini quondam fulsi lux splendida templo,
Cum tali vultu conspiciendus eram.
Si voluti vultus, potuissent pectora pingi,
Starem doctrinae cum pietate typus.

Con. Pellicanus.

\+ Bis septem lustris vixi, et tres insuper annos
Valideo quare cum Simeone precor:
Nunc dimitte Deus servum, tenebrosa perire
Vidimus, et Christi regna redire tui.

Vel; Nunc dimitte in pace due, tenebrosa &c.

1561 + Alter ab undecimo lustro mihi labitur annus:

Heinr. Bulling.

Anno 1559

1564 Bis sex lustra mihi decurrens vita peregit.

Lustra novem numero, quis unus ~~additus~~ annus:
Haec aetas, formam picta tabella docet.
Nil ego vel formam vel vitae tempora specto:
Sed Christum, vitae qui mihi forma meae est.

Undecimi iam nunc labuntur sydera lustri [ingenium?] //

Rod. Gualtherus.

Anno 1559

\+ 1564 Lustra novem numero, percurrentis tempora vitae. Cur spatium vitae &c.

Unus ter denis mihi iam superadditus annus.
Tempora cur vitae metior ipse meae?
Vita Dei donum est, quae dici vita meretur
Si soli Christo vivere cura siet.

Octavi nunc expantia sydera lustri.
1561 ~~Annum decimi~~ ego iam nunc post octo lustra [et secundum]
Vel, Vita hominum brevis est &c.

Theodorus Bibliander.

\+ Ex libris nomen, libri mea magna voluptas.
Qui summi tradunt iura colenda Dei.
Vixi lustra novem: vitae quodcumque reliquum est,
Omne sibi Christus vendicet atque libri.

1561 Lustra 10 vixi, sextus quibus additus annus

Anno 1559, Lustra decem vixi, tamen quatuor insuper annos
Quod superest, Christus vendicet atque libri.

Heinrycho Bullingero.

\+ Dum reparat lectos, dum vestes abluit uxor,
Dum clamat fieri quid velit, atque iubet.
Cuncta sonant strepitu, turbantque cuncta tumultu,
Atque meis oculis fumus et ignis obest.
Quod si forte tuas veniam pransurus in aedes
Dic quaeso, tibi num commodus hospes ero?